



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Raptor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Q V A R T A E V N E-
r a l i s .

S Olita iam ante annos 40. solui Ecclesiæ
Sparochiali, soluatur eidē, quamuis postea
sit concessa monasterio. cap. 25. num. 138. ex
Trid. fess. 25. cap. 13.

R A P I N A.

R Apina est vi accipere, aut velle accipere
aliquid, & est peior quam furtum, &
distincta speciei ab eo, & circumstantia ne-
cessariò confitenda. cap. 17. num. 95.

R A P T O R est, qui extrahit feminam
in uitam de domo patris: item qui violenter
extorquet copulam cum ea, siue sit virgo, si-
ue non. cap. 16. num. 3.

Contra raptorem statuit Trident. sequens
decretum.

Decernit sancta Synodus inter raptorem &
raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris
manerit, nullum posse consistere matrimonium.
Quod si raptā à raptore separata, & in loco tu-
to & libero constituta illum in virum habere
consenserit, eam raptor in uxorem habeat: ni-

T t 2 bilo



hilominus raptor ipse ac omnes illi, consilium, auxilium, & fauorem prabentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint de proprio gradu decident. Teneatur præsum raptor, mulierem raptam, siue eam uxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio index dotare. cap. 22. num. 74.

R ATI HABITIO.

DE futuro non sufficit ad validitatem confessionis. cap. 9. num. 6.

Ratificans damnum suò nomine illatum tenetur restituere, quando qui nocuit, non nocuisset nisi existimaret, eum, cuius nomine nocuit, ratihabitur. Secus si non factum fuit eius nomine, quamvis illi placeat damnum. cap. 17. nu. 133. Quod etiam confirmat in Nouo.

Ratihabitio damni retrotrahitur, & mandato comparatur: nam deiecit, qui mandauit vel ratum habuit. Quod habet locum tam in contractibus, & iudiciis, quam in maleficiis, & delictis aliis, nisi quoad effectum fruendi libidine. Nou. num. 133.

Ratihabitio habet vim augendi peccatum & inducendi pœnam: vnde ratificans percultionem